

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii *VOX URBIS* possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. Apud BURNS AND OATES

ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN ANGLIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. LONDON W. — 28, Orchard Street.

RUE VICTOR HUGO, 5

**IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTENT.**

Apud COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.

NEW YORK, 143 w 95th St. NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

IN CANADA

ET NEWFOUNDLAND

NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

LUGDUNI

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

RUE VICTOR HUGO, 5

LUTETIAE PARISIORUM

LIBRAIRIE VIC ET AMAT

RUE CASSETTE, II.

INSULIS (LILLE)

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

RUE DE METZ, 41.

IN HUNGARIA

C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE

BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

IN GALLIA

CHARLES AMAT SUCC.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS

Commentarii VOX URBI^S anno MCM

Pretium annuae subnotationis est: in Italia Lib. **10**;
 ubique extra Italiam Lib. **15**; M. **12**; Sch. **12**; Doll. **3**; Rubl. **6**; Flor. **7 1/2**.
 recto tramite mittendum
 ad **Aristidem Leonori** equitem, commentarii ipsius possessorem et administratorem

ROMA - Via Alessandrina, 87

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA

Inter eos omnes, qui die XV mensis Martii MDCCCC inter commentarii socios numerentur,
 sorti committetur sacro Paschatis Resurrectionis die eiusdem anni

Theca Aurea Pulveri Nicotiano Asservando

qua SS. Dominus PIUS Papa IX f. r. utebatur, prouti ex luceolento constat in scriptis testimonio

Qui primum nunc nomen dederint, pretiumque subnotationis solverint uti supra, *Vox Urbis* commentarium accipient a Kalendis Ianuariis usque ad expletum annum MDCCCC, iisque donum erit

URBIS A IANICULO MONTE PROSPECTUS

late magnus (m. 1.10 X 0.24) et visu decorus.

Sociis qui subnotationem renovabunt dono dabitur **ubi primum in promptu erit**

LIBER (vulgo "Album") PRAECIPUA URBIS REFERENS

pulcritudine insignis atque, commentarii moderatore iubente, expresse conflatus.

Denique illis inter socios, et recentes et veteres, qui tres in Italia, vel binas ubique extra Italiam subnotationes novas comparaverint, earumque annum pretium **recto tramite miserint** ad commentarii administratorem, optio erit unius ex his XXXIII quae sequuntur, quod gratuito pariter habebunt:

- I. . . . Aristotelis De arte poetica liber. Rec. GUILELMUS CHRIST.
- Id. Ars rhetorica. Ed. A. ROEMER.
- Id. Quae feruntur Magna Moralia. Rec. FR. SUSEMHL.
- II. . . . Fabulae Romanenses graece conscriptae ex rec. et cum adn. A. EBERHARD.
- III. . . . Homeri Carmina. Ed. GUIL. DINDORF. (Voll. 2).
- IV. . . . Metrologicorum scriptorum reliquiae. Ed. FRIDERICUS HULTSCH. (Voll. 2).
- V. . . . Patrum Nicaenorum nomina graece, latine, syriace, coptice, arabice, armeniace. Edd. H. GELZER, H. HILGENFELD, O. CUNTZ.
- VI. . . . Plutarchi Vitae paralleiae. Rec. C. SINTENIS. (Voll. 5).
- VII. . . . Strabonis Geographica. Rec. A. MEINEKE. (Voll. 3).

- VIII. . . . Xenophontis. Expeditio Cyri. Rec. A. HUG.
Id. Historia Graeca. Rec. O. KELLER.
- Id. Institutio Cyri. Rec. A. HUG.
- Id. Commentarii. Rec. W. GILBERT.
- Id. Scripta minora. Rec. L. DINDORFIUS.
- IX. . . . Novum Testamentum. Graece ed. PH. BUTTMANN.
- X. . . . Augustini (Sancti Aurelii) De civitate Dei lib. XXII. Iterum rec. B. DOMBART. (Voll. 2).
- XI. . . . Caesaris C. Iuli cum A. Hirti aliorumque supplementis: Commentarii de bello Gallico, de bello civili, de bello Alexandrino, de bello Africo, de bello Hispano. - Fragmenta. Rec. B. KÜBLER et Ed. WÖLFFLIN. (Voll. 3).
- XII. . . . Ciceronis M. Tullii Opera rhetorica. Edidit FRIEDRICH. (Voll. 2).

(Sequitur in tertia operculi pagina).

In It
Lib. I

CHRISTIA

H AUD
event
hunc, quem
Aprilii hospit
sionum fruct
munus nobis
enim princeps
disciplinae po
vicem, eae c
rem tanti in
disciplinae hu
arduae plani

Summa
discinditur:

I. Antiqua
que ingenua

II. Antiqua
nuae artes qu
per occidenta

III. Itide

IV. De v

V. De ins

VI. Litter
saeculis contig
tates referri p

VII. Antiqua
propagatio, ef

His autem
supremum est
sive Occidenti
forte antecedent
tura trans illu
de litterarum
saeculum sext
ratio plana atq

Itaque pri
investigatione
sunt, quae a
christianas in
sextum respic
xii saeculum

Verum de
nunciant futu
gationibus, qui
artificum, qui

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

CHRISTIANAE ANTIQUITATIS DOCTORUM URBANUS CONVENTUS

HAUD minimum forte inter anni iubilaris hunc, quem Urbana moenia hoc eodem mense Aprili hospitio excipient, cuius praecipuos sessionum fructus referre, et pro viribus evulgare, munus nobis potissimum esse credimus. Fuit enim princeps promotorum consilium, ut quae disciplinae potioribus nexibus colligantur ad invicem, eae constituta lege coniurent ad uberiorum tanti incoepitus fructum percipiendum, quo disciplinae huius christianaæ quaestiones maxime arduae planius enodentur.

Summa igitur totius laboris hac divisione discinditur:

I. Antiquitates christianaæ primi aevi, artes que ingenuæ quae ad eas pertinent.

II. Antiquitates christianaæ earumque ingenuæ artes quae medium, quod dicimus, aevum per occidentales regiones respiciunt.

III. Itidem circa orientales mundi regiones.

IV. De veteri sacrorum rituum ratione.

V. De inscriptionibus antiquissimis.

VI. Litterarum vices, quae primis Ecclesiacæ saeculis contigerunt, prout ad christianas antiquitates referri possunt.

VII. Antiquitatis christianaæ institutio atque propagatio, effossiones, musea.

His autem investigationibus saeculum XII supremum est limen constitutum sive Orientis sive Occidentis regionibus commune, nisi quae forte antecedenti aevo exorta, suapte deinde natura trans illud producta fuerint. Contra vero de litterarum investigationibus cautum est, ne saeculum sextum transgredi liceat, cuius legis ratio plana atque expedita omnibus manet.

Itaque primo agminí, ut ita dicam, studia, investigationes, notitiae atque reperta commissa sunt, quae archaeologiam, vel historiam, vel christianas ingenuas artes ad saeculum usque sextum respiciunt; alteri contra ac tertio ex VI ad XII saeculum ambitus est constitutus.

Verum de prima illa et altera acie iam prænunciant futurum, ut nimiis propositionibus, rationibus, vel nimia concurrente multitudine artificum, qui ingenuarum artium vetusta opera

investigaverint, iniquus labor efficiatur. Quare facultas est utrique tributa aequa, ut, cum opportunitas requirat, in bipartitum manipulum distribuantur, alter ad antiquitates quae proprie dicuntur, alter ad artes potius explorandas.

Tertiae vero opus magnum congerunt Byzantini imperii ecclesiarumque orientalium Syriae, Armeniae, Aegypti artes, historiae, monumenta; ita ut et ipsi iam liceat bisfariam sese distinguere, sive ad Slavonum praecipue gentes, sive ad ceteras spectent.

Quartum agmen rituum vetustissimorum investigatione, quotquot in antiqua Ecclesia viguerunt, unum reapse faciunt, quippe quod uno ex fonte descendat: quintum documenta sibi vindicat, quae collatis studiis interpretanda sunt atque evulganda.

Sextum ex indagine historiarum per litterarum monumenta a primo ad VI usque saeculum deducta, sive ecclesiastica sive profana ea fuerint, christianaæ societatis historiam atque errorum, quibus primum vexata est, luculentam magis reddet.

Septimo denique propagatio nobilissimae huius disciplinae contingit procuranda, hisque praecipue modis: cura nimur evulgandi atque diffundendi eius institutionem, ut monumenta huius disciplinae, quibus tantum exculti viri fidem in praesenti tradunt, cuique aperta reddantur. Hac deinde institutione ac diffusione multitudo quam maxima excrescat, cui archaeologiae christianaæ progressus facilis intellectu atque gratis fiat, ita ut auctoritate simul et pecunia doctorum canticibus postea auxilium ferant.

Ad ultimum generales leges et normae hoc in coetu constituentur circa investigationes atque effossiones utilissime peragendas et monumenta antiquitatis diutius conservanda.

Ceterum argumenta et rogationes quae disciplinae progressum generaliter respiciant atque complectantur, vel maximi ponderis aestimentur, coram generalibus comitiis proponenda praesidiibus diligere fas est, quibus etiam ius traditum, ut vota et conclusiones a dissitis coetibus nuncupatas, ipsa postremo sua auctoritate ratas habeant.

Profecto, quin tanti moliminis fructus ubermi futuri sint nemo dubitat, nosque imprimis auspicio maximo elati horam iam viva spe properamus, qua latiore et fusiore tot studiorum notitiam proelo laeti tradamus.

Vox URBIS.

DE LINGUA LATINA NATURA AC PROPRIETATE⁽¹⁾

Haec omnia, quae hucusque persecuti sumus, et quae infra persequemur, parvi sane momenti videantur, si singula per se ipsa considerentur, sed, ut vel ex minimis uniuscuiusque cogitationibus, actionibus, rebusque ad communem vitæ cotidiane usum pertinentibus, eius ingenium vivendique ratio optime perspicitur, sic ex hisce tamquam crustulis vel teserulis vermiculatis, quas simul componere studimus, opus, ut ita dicam, musivum exstitit, in quo populi Romani imaginem cum eius cogitandi, agendi loquendique ratione apte congruentem effectam pacne sub oculos subiectam cernere licet.

Alter est locus de scribendi genere cum variis cultus atque humanitatis gradibus temporibusque comparato. Scite enim, ait Weisius, quae de Q. Ennio tradat Quintilianus, hunc sicut sacros vetustate lucos esse adorandum, in quibus grandia et antiqua robora iam non tantam habeant speciem quantam religionem, haec etiam ad universam priscam Latinarum bonarum artium aetatem pertinere. Atque in ipso tamquam limine historiae atque litterarum magnum esse discrimen appetit inter Graecos et Romanos: illorum enim animi vigori ac virilitati horum siccitatem atque ieunitatem recte opponi videmus, si Homeri carmina⁽²⁾ cum «tabulis peccare vetantibus, quas bis quinque viri sanxerunt» ceterisque Romanarum litterarum monumentis antiquissimis in contentionis cuiusdam et comparationis iudicium vocamus. Quid, quod Saliorum carmina se ignorare candide fatetur Horatius, atque haec adeo a sacerdotibus suis vix satis intellecta praedicat Quintilianus? Sed prima hac aetate nihil fere distat in elocutione oratio numeris adstricta (siquidem ita Saturnii versus appellandi sunt) a soluta: utrique hoc est commune asperitas quaedam ac rusticitas sermonis, quae tamen gravitatem quandam et, ut ita dicam, maiestatem verborum et sententiarum respuere non videtur. Cato ipse, quem prosae orationis, ut poesis Ennius, parentem recte dixeris, luculentissimum exemplum praebuit, quo docemur, quam sit verum illud Buffonii: *le style c'est l'homme*: a civis enim vere Romani natura moribusque non discrepat eius scribendi genus, grave, sollemne, spiritus ac virium plenum, idemque rude et

(1) Cfr. num. sup. — Quo in numero nonnulla in textum irreppisse doleo, quae suo tempore corrigi non potuerunt quaeque nunc, occasione arrepta, ipse emendo. Aliis autem, quae mihi imprudenti ignorantiae exciderint, ignoscat, queso, benevolus et candidus lector, siquidem «quid quisque vitat, nunquam homini satis cautum est in horas». Quae venia cum eo fidentius a me petatur, tum eo facilius mihi detur, si delicta, quibus ignosci velim, eius generis maculae sint, quas aut incuria fuderit aut humana parum caverit natura. — P. 41, col. 2, vv. 4 et 6 ante numeris et coloribus tollatur a. — Ibid. adn. 2, v. 6 pro pulchriora et p. 42, col. 1, v. 16 pro pulcre legatur pulchriora et pulchre. — P. 42, col. 1, v. 33 pro quamdam legatur quamdam. — Ibid. adn. v. 11 pro accommodatam legatur accommodata.

(2) ... Graecorum sunt antiquissima quaeque Scripta vel optima ...
Hor. Ep. II, 1, 28 sq.

lapidariae tamquam scripturae simile, simplex, in affectum rectumque, quod et alliterationibus et dissolutis (*asyndetis*) et figuris etymologicis et sententiis potius adiunctis quam subiunctis aliisque rebus conspicuum est. Atque maxime in orationibus (quas «horridulas» vocat Cicero) eum omnia artis illa lenocinia et flosculos, quae in rhetorum scholis ediscabantur, sprevisse et abieccisse consentaneum est. Quae enim verba olim scripsit, virum bonum esse dicendi peritum, his significare voluit, Romanos Graecorum rhetorum praecepta minime desiderare, ut boni oratores evadere possent.

Sed quam magni momenti fuerit et quantum contulerit Graecorum humanitas ad Romanorum litteras excolendas et perpoliendas, id iam ex Scipionum temporibus atque in eorum circulis fit manifestum. Quia in re satis sit Terentium, in Scipionis Minoris Laelique familiaritatem receptum, exempli causa cum Plauto conferre, cuius fabulae quamquam sunt magis festivae et ad vitam communem ac vulgarem magis accommodatae, tamen elegantia, urbanitate, subtilitate sermonis, limae labore a Terentianis longe receptione (1).

Sed paulo ante Ennius ipse, Scipionis Maioris familiaris, cum de litteris Latinis tum de universa Romanorum poesi quantum ille quidem meruit versibus dactylicis, atque proprie hexametro et pentametro, ex Graecia Romam inductis! (2) Evidem non negem, multa «plena ruris et infaciarum» legi in eius scriptis, ut exempla litterae s quae dicitur caduciae (quod «subrusticum» videbatur Ciceroni) vel duriorum hyperbatorum vel asperarum alliterationum vel verborum «prodigaliter» et ridicule mutilatur aut disectorum (cfr. hoc timesis):

et saxo cere - comminuit - brum (3)

vel hoc apocopes exemplum: «gau» pro eo quod est «gaudium», cet; sed primum per Ennium factum est, ut horridus ille numerus Saturnius defueret, et poesis Romana, nova tamquam veste induita, minus certe gentis propria, sed multo elegantiore, ad summum gradatim perducetur. Quae expolitora litterarum Latinarum studia (ut ea quae multis verbis et exemplis exposuit Weisius, paucis ipse complectar), in his maxime rebus apparent: in syllabarum temporibus verborumque litteris finalibus firmiter et constanter definitis, in pluribus in dies variisque vocibus et constructionibus a Graecia receptis, in numero epithetorum, comparationum, translationum (quas nunc praecipue e re nautica et venatica sumpserunt) magis magisque aucto.

Sed ex novae artis rhetoricae praeceptis maximum emolumen uberrimosque fructus perceperunt imprimis oratores; ex quibus unum nomino, qui instar omnium est, Ciceronem, «parentem facundiae litterarumque Latinarum». Quid etiam dicam de aliis disciplinis, in quibus, Lucretio maxime et Cicerone auctoribus, necesse fuit

Indicis monstrare recentibus abdita rerum?

Quid tunc mirum, si tam saepe contigit

Fingere cinctus non exaudita Cethegis,

(1) Terentii fabellas Cicero ait propter elegantiam sermonis putari a C. Laelio scriptas esse, cum easdem etiam ad Scipionem Africanum («omnium aetatis sua purissime locutum», GELL.) relatam esse, auctor sit Quintilianus.

(2) De hac re ipse monui nonnulla opusculo quod inserbitur *De elegiae Latinae compositione et forma*, Pat. 1894, p. 9 sqq.

(3) Hunc locum memini (licet animi causa haec adnotare) Guidonem Mazzoni, familiarem meum, sic stantem pede in uno et ex tempore, timesi servati, italice reddere:

E il cer - spaccagli con un sasso - vello.

cum praesertim ea tum primum auderent attingere et illustrare Latinis vel verbis vel versibus ac propter inopiam linguae in magna difficultate versarentur?

De Augusti aetate, quae insecuta est, et de causis cum privatis et publicis tum domesticis et externis, quibus factum est, ut omnis humanitatis bonarumque artium studia, in primis autem artis poeticae, cuius summus tunc fuit honos, ad perfectionem absolutionemque pervenirent, et multi multa iam docuerunt et Weisius ipse nonnulla memorat. Itaque cum his brevitatis causa supersedendum esse censeam, hoc tantum moneo, huius aetatis notam fere propriam ac peculiarem esse Alexandrinorum imitationem, quae cum in orationis levitate atque elegantia, tum in omnis generis doctrinae eruditioisque consecratione maxime cernitur (1): Proprietum verbi causa nonnino, qui id ut summum honorem affectabat, ut Calimachus Romanus salutaretur.

Sed hac aetate poetae non solum Graecis constructionibus (quae postea in prosam quoque orationem irreperserunt) immoderate usi sunt, sed etiam in vocabulis in casus declinandi saepissime curaverunt ut syllabae Graeco more potius quam Latino terminarentur: quod in lyricae maxime poesis spiritum atque impetum aptius convenire putabatur. Nam, ut hoc exempli causa ponam, cum Horatius in scriptis «per humum repentibus» vel «sermoni propioribus» dicat «Europam» et «Penelopam», in carminibus formis utitur, quae sunt «Europen» et «Penelopen».

Verum oratio ipsa soluta iam magis magisque in dies per T. Livium et posteriores, idque maxime in eloquentia et historia, poeticum tamquam colorem dicit; quod confirmant etiam nonnullae scriptorum sententiae, velut Taciti: «exigitur iam ab oratore etiam poeticus decor», vel Quintiliani: «a corruptissimo quoque poetarum figuris ac translationes mutuamur», ut id iam in universum valeat, «historiam esse carmen solutum». Ad quam rem quantum contulerint, praeter alia, recitationes, quae cum Augusti temporibus, tum saeculo primo p. Chr. n. tantopere celebrabantur, vix dici potest. Moribus autem et propter luxuriam et propter vitia in dies ingavescentia depravatis, sermo ipse corruptitur; vere enim dicit Seneca, talem fuisse hominibus orationem, quam vitam. Nonne hanc rem id satis declarat, quod summi illius aetatis scriptores existimantur poeta satiricus, Juvenalis, et historicus gravissimus idemque mores describendi, pingendi castigandique artifex insignis, qui suam viam ingressus est, Tacitus? Quid vero contra depravatum ac fucatam loquendi scribendique rationem, quae in tumidum inflatumque in dies latius abibat, potenter Quintilianus et Plinius, qui Ciceronem tamquam exemplar perfectissimae artis ad imitandum aliis proponebant et sibi ipsi sumebant, ut, quantum in iis erat, *Ciceronianos* se et esse et haberi cuperent? Sed paulo post alia etiam fit studiorum commutatio: tumor enim, qui dicitur Africus, in primis Frontonis, Apulei aliorumque operā, illius aetatis scripta pervadit sermonemque Latinum deformat atque in peius detorquet; quem adeo scriptores, id quod mirum sane videtur, antiquissimis Romanorum auctoribus in exemplum propositis, colore quodam antiquitatis inficiunt. Quam rem ita scite declarat Weisius:

(1) De hac re et de duabus quasi sectis vel familiae, antiquiorum dico et novae poeticae rationis fautorum, quae Ciceronis Catullique et Augusti aetatis fuerunt, pauca ipse scripsi opp. adl. *De carm.* cet. p. 62 sqq. et *De sal.* p. 88 sqq. Poetas autem novos vel *νεωτέρους* (sic primum eos appellavit Ciceron) quanquam similitudinem habere nostrantium poetarum *del dolce stil nuovo*, res est in promptu.

sius: *Der Renaissance des Quintilian folgte jetzt ein wunderliches Rokoko*, p. 76. Cfr. Sen. *Ep.* 114, 13: «Multi ex alieno saeculo petunt verba: duodecim tabulas loquuntur. Gracchus illis et Crassus et Curio nimis culti et recentes sunt: ad Appium usque et ad Coruncanium redeunt». Quod etiam ex eo factum est, quod peregrina vocabula, novis populis imperio Romano adiectis et Roma ipsa quasi domicilio ac sede universi mundi facta, in patrium tamquam sermonem irruperunt eiusque colorem nativum omnemque sucum et sanguinem sincerum integrumque corruerunt, ut Isidorus sic iam scriberet: «Unaquaque gens facta Romanorum cum suis opibus vitia quoque et verborum et morum Romanam transmisit».

Denique concludit hoc caput alterum Weisius aperte commodisque verbis ex quadam Winckelmanni epistula depromptis. Ut enim ait Winckelmannus in arte oriri primum quod sit necessarium, deinde quod pulchrum, postremo quod supervacaneum, sic antiquissimis litterarum Romanarum temporibus primum res pluris habentur quam verba, ut id maioris sit ponderis quae res dicantur, quam quomodo dicantur; deinde aetate, quam dicunt auream, forma et materia optime inter se congruent, ut pulchrum corpus pulchra quoque veste induatur; argentea denique aetate maior est honor formae, quae etiam (hoc erat ad dendum) nimio plerumque fucatoque ornata notatur.

(Ad proximum numerum).

PETRUS RASI.

EX GALLIA

Ludovici Noni carcer ad Mansourah.

Q UUM nuperrime reperta sit domus ubi Ludovicus IX rex Francorum, anno 1249, in captivitate detentus fuit ad Delta Nili, sodalitas virorum inclitorum, superiore Ianuario mense, Lutetiae Pariisorum constituta est, ad illam aedem emendam et museum in ea instaurandum.

Praeest huic sodalitati De Bornier vicecomes, cui strenue auxiliantur Fabius de Champville, aerarii custos, Albertus de Ricaudy, actuarius, Henricus de Orléans, princeps, Barbier de Montaut, episcopus, S. Dionysii canonicus Cadoret, comes de Castellane, comitissa Turgot, Iulius Claretie, Beniaminus Constant, Ioannes Rameau, ac denique ipse carceris inventor, Gayet.

Qui quidem, eruditissimus disciplina linguae et omnium Aegypti doctrinarum, magna perseverantia investigationes in historiam et vetera monumenta illius regionis sustinuit; conjecturasque de hac quæstione feliciter solvit; nam adhuc dubius permanerat locus ubi sanctus Ludovicus captus fuerat ab Infidelibus, quum neque Joinville, nec ceteri regis comites accurate rem narravissent; ille enim videtur locum quatuor leucis distantem a Mansourah designare, alii Baramoun; arabici autem scriptores Minieh-abu Abdallah, ni scribens fallor.

Huius societatis consilium vehementer est laudandum; quidquid enim regis illius memoriam honорare potest, laudabile profecto est. De christianis eius virtutibus non loquar, cum superfluum sit commendare vitae sanctimoniam viri, qui sanctus rite est consecratus, unanimi gentium consensu ac plausu: Ludovicum servatorem iustitiae principemque pacis amantissimum mihi liceat celebrare.

Leges maxima utilitatis conficit, non solum de iure civili, tam privato (scilicet de hereditatibus, tutelis, feudiis), quam publico, nempe Corpus iuris

prope uniu
cio trans
gavit, sub
Consuetudi
apud nos i
Quin etiam
mediae, qu
lege Quar
et certami
legales pro
Quam f
tiationes et
ties suum e
«Prohibem
«ut nullus
cis; schola
beri volum
niantur».

«Fabric
apud Joinv
quam hunc
ludentem,
diligentem

Sed ha
mur quia A
ab avo co
arbitrabut
nes ei impro
aequum vis
populorum
spectanda
ctione ma
partem ret
vassallum p
potuerit co
facultas lin
(vel «hom
et vinculum
coercerit,
subditos tra
utrumque re

Quid di
cum III reg
quantam fa
et iustitiae c
cui nec vo
Putes Lud
bitare. Non
fastidiosam
tramite ad

Quid p
mediatoris
peratorem.

An me
est uno ve
pietatis res
vel erga c

Denique
plicet locu
ille nullo t
Non displic
nihil proba
in animo h
cuius nome
suetudinis
admirator,

(1) Cart.
(2) Dom
batur.

(3) Ideo
nensem quo

prope universum edidit; sed etiam leges de commercio trans mare omnique navigationis genere promulgavit, sub nomine *Iudiciorum maris*. Omnes denique *Consuetudines Galliae* colligi iussit: quod recentioris apud nos juris fundamentum et origo vera fuit (1). Quin etiam bella privata, quae *guerrae* a iurisconsultis mediae, quam dicimus, aetatis appellabantur, vetuit, lege *Quarantaine-le-Roi* vulgo nuncupata, necon et certamina singularia abolevit, in eorumque loco legales probationes instituit.

Quam firmum sese erga suspectas pecuniae negotiations et praecipue erga usuras praestitit! Quoties suum edictum contra ludos et aleatores iteravit! « Prohibemus », ait in edicto anni 1254, mens. Iulio, « ut nullus homo ludat ad taxillos sive aleis vel scaccis; scholas autem deciarum prohibemus et prohiberi volumus omnino, et tenentes eas districtius puniantur ».

« Fabrica etiam deciarum prohibetur ». Narratur apud Joinville rex, Aegypto cum fratre decedens, quum hunc in navi deprehendisset deciarum ludum ludentem, decias in mare coniecerat, ipsius se legis diligentem executorem ostendens.

Sed haec minora: Ludovicum praesertim admiramus quia Anglorum regi provincias ultro restituit, quas ab avo contra ius gentium et ius naturale arreptas arbitrabatur. Quod quidem consilium licet eius *barones* ei improbassent, attamen non solum tunc temporis aequum visum est, sed utilissimum, si quidem utilitas populorum in eventu prae longiore temporis spatio spectanda est. Et sane unitas Galliae ab hac transactione manat; dum enim minorem provinciarum partem retrocedit Ludovicus, regem Anglicum ut *vassallum* pro toto feudo retinet; ita ut paulo post potuerit consuetudinem antea vigentem abrogare, qua facultas linquebatur possessoribus feudorum fidem (vel « homagium ») duobus dominis praestandi (2); et vinculum vassallorum in infima Galliae regione coercuerit, eosque, qui vix foederati haberentur, in subditos transmutaret, cum nobilis quisque inter utrumque regem optare debuerit (3).

Quid dicam de arbitratu Ludovici inter Henricum III regem et Anglicos barones? Hinc equidem quantam famam rex noster sibi adquisierit sapientiae et iustitiae constat: arbiter prudens, sagax, strenuus, cui nec voluntatis firmitas, nec clara visio defuit. Putes Ludovicum nimia religionis vi tergiversari, dubitare. Non ita! Sententiam minime subtilem, minime fastidiosam reddidit, rigidam potius et quae recto trahit ad verticem pergeret.

Quid plura? Ipsi Summo Pontifici Ludovicus mediatoris officium praestitit apud Germanorum imperatorem.

An mentionem etiam *Pragmaticae* faciam? Sat est uno verbo, ne quis cogitet regem illum tantae pietatis res temporales sibi commissas qui defenderet, vel erga clerum designatum fuisse.

Denique, ut breviter contraham, non nobis displicet locum captivitatis memorabilem fieri, cum rex ille nullo tempore fuerit maior quam quum victus. Non displicet cladem in gloriam verti; bellum enim nihil probat, aut improbat. Vivet vici regis memoria in animo hominum longius quam memoria victoris, cuius nomen perit iamdudum! Vivet exemplum mansuetudinis et constantiae! Quis enim magnitudinis admirator, quis iuris cultor unquam obliviscetur re-

sponsum quod rex mitissimus captoribus suis fecit? Qui, cum ab ipso negante se pacisci velle de sua libertate sine uxoris auctoritate: « Annon rex es? », quesierunt; « Sum », dixit, « sed captus; coniux ergo regina dominaque mea! »

Quae non solum simplicitate sublimia, sed, in summa brevitate nitide expressa, aptissima et, quoad ius publicum pertinet, recta prorsus arbitramur.

Haec verba Mansouraneae domo inscribantur: nullum enim epigramma, nostra quidem sententia, nobilis!

MONTELUCCIUS.

CARMEN NATALICIUM

I. F. filia aucto.

*O quae Pierium pede
Collem virgineo quatilis,
Fontis ac eadem sacri
Hauris ore liquorem,*

*Musarum hue ades o cobros:
Nostram vestra beet domum
Lux, novique bilarent lyrae
Quot sunt pectora cantus.*

*His natae modo pupulae
Canis lilia fundite;
Nobis candida pupula
Vagit ecce beatis!*

*Iam domus iubar exultit
Umbras, soleque caligini
Affulgens alius gravi
Iucundum innuit aevum.*

*Hoc arbor nova germe
Laetatur: decus istius
Successantis amel Deus,
Ut det tempore fructus.*

*Ne fas sit, rogo, ramulos
Huius frangere grandini,
Neu cana urat hiems gelu,
Neve Sirius aestu.*

*Et vos Castaliu incolae
Collis, quas liquef omibus
Doctrinam dare, si tenet
Ulla gratia nostri,*

*Huius, quaequo, labellulis
Mel imponile pupulae,
Ac uida aonia iuvel,
Os rigare tenellum.*

*Sic pulcherrima, virginis,
Exstet alite cum bona,
Tum praepolleat artium
Et virtutis amore.*

*Musae, io, date carmina,
Vos, io, omnia, amiculi,
Et pree laetitia domus
Omnis nostra cachinnet:*

*Quicquid his parietibus
Gaudi est, rideat et canat:
Nobis quisne beator?
Nobis pupula nata est!*

ALAFRIDUS BARTOLI.

DE PERPETUO IN SCANDINAVIS REGIONIBUS DIE

IDIBUS Decembribus misi epistolam (1), proximis kalendas alteram parans, qua peregrinationis meae in Norwegianis narrationi, finem imponerem. Numquid vos de me tam diu conticescentem timuistis? Atqui fortasse sperabatis nihil aduersi, nihil contra accidisse; adversa contra omnia mihi, quem morbus ille corripuit per Europam fere totam debacchans et grassans, quem *influentiam* dixerunt, longam post se malorum et funerum illuviem et infamiam relinquent. A Natalitiis enim diebus ad kalendas Martias tussis, febris, lateris dolores, oppressiopectoris, debilitas corporis et animi simul ita me perculerunt, ut de me nihil hodie supersit, nisi illud poetae: *Vox, vox, praeteraque nihil*. Ac tamen, dum ab infirmitate convalescens mea, domesticis paribus teneor, illud primum ac praecipuum est ea colligere, quae diversis credita chartis ad vos mittenda decreveram, et quae - esto fides homini qui fere iudicantem vidit Eacum - me febris astuantem superaddito aculeo torquebant, scilicet ne morerer antequam ad vos illa dimitterem; quae autem nunc me adhuc aegrotantem solantur memoria et recordatione pristinae salutis ac temporis illius, quando potens animis et viribus Norwegianos per montes perpetuum visurus diem equitabam.

Hospes ille humanissimus, Tangheber meus, summo me diluculo advocat; parata omnia erant in atrio; equi, sarcinae, comites, duces, pedissequi sclopis et gladiis armati. Focis ardebant culinae, et cerevisia, obsonii, ac mollito vini spiritu phialae, patinae, vitra in mensa ridebant, ut fortiores cibis atque liquoribus iter aggredieremur. Pueris exceptis, familia omnis e requie surrexerat valedicta et osculatura abeuntes, et magno convivio iucundisque alloquii laetificatura.

Tagglfeinherfeber - quantum homo hic! - Homero dignus mihi videbatur heros; non enim Achilles, aut Ajax, aut ipse Atrides Agamemnon tantam unquam edidere stragem carnis et adipis, quantam ille in convivio discessus. Cohors apparebat mihi, non homo, cuius sub gutture non quidem stomachus, sed hiaret abyssus.

Sic bene pasti, sic poti optime, viam inivimus praecedente piceo funali, quo tenebrae rumperentur, et equo sexcentis tintinnabulis praeeunte. Sequebatur longum equitatus agmen sonitu ductum per angustos montanae semitae calles, cui medius ego, et post me clitellarii equi rursus longo necessaria itineri ferentes humeris, quos claudebat exigua servorum manus, cui Tangheberii filius natu maior praeerat. Quinquaginta quadrupedes, circiter, homines viginti et quatuor numerabantur. Achates meus, Tagglfein... (cetera scitis), mihi semper pone, interdum pree, multa loquebatur mecum, multa cum sociis, saepe etiam cum quadrupedibus, nescio qua lingua, quam illi tamen intelligere et noscere probe ostendebant, tum si quid vitandum, tum si dextrorum abeundum, tum si ascendendum esset; ita gradum ad voces eius componebant.


At ubi matutinum sidus apparuit, quippe montis apicem tenebamus, omnes uno ore precem quamdam recitare ceperunt, quod mihi pulcre religiosum sacramque visum est; nam, si uniuscuiusque vita in manu Domini, certe super omnes vita viatorum est, quos mille circum saepiunt pericula, praecipue in viis illis, in quibus via deest; non enim aliud circa nos erat nisi rupes, et saxa, et arborum transversim trunci iacentes, quae omnia noctu vel vitanda, vel

(1) Cfr. an. III, n. 1.

(1) Cart. ms. S. Ludovici, Bibl. Regis, pag. 458.

(2) Dominis scilicet supremis; quod *paramount* gallice dicitur.

(3) Id est inter Angliam et Galliam; adde: inter Aragonensem quoque regem et Gallicum.



Puerorum lusus verno tempore Pompeiis.

superanda, vel ambienda erant potius animalium instinctu quam consilio equitantium. Ego autem angebar inique decreto Tangheberii mei, qui iter per prae-rupta, non per planiciem constituerat. At, quam saepe errant homines dum alios dijudicant! Providus hospes probe noverat ex illis inhospitis cacuminiibus bellugas in litus descendere, ne, abeunte sole semestri integro, aeterna nocte obvolverentur; monet illas de re natura, fortassis et experientia; ideoque iter per agros periculi plenum ursorum, qui ferocissimi illic sunt, ac luporum, qui loca tenent innumerabilibus turmis. Ideo morem seniori gerentes in nullas inciduntus eiusmodi feras, tutissimumque fuit, quamvis asperum, iter.

Bis quotidie vescebamur; clitellae a dorso feren-
tium deponebantur. E nobis, qui venatoriae rei periti erant, saepissime aves, et leporis, neque bis, neque ter vulpes et cervos plumbo occidebant; inter aves frequentissima scolopax, aut siqua volucris huic si-
millima. Advesperascente caelo, castra quaedam quasi tumultuario opere adstruebantur. Clitellis aggestis tabernaculum dominis parabatur; servi ignes incen-
debant altissimos in angulis castrorum, quae raro quadrati, plerumque trianguli formam imitabantur. Noctes placidissimae, si tamen hoc nomine dignum videatur crepusculum illud, eo magis clarescens quo magis ad itineris metam proximiores siebamus.

Locum nescio, locique nomen, at nocte quadam rumor, quasi tonitus, sempiternus auribus personabat; timenti milii procellam ac rumoris causam quaerenti dixerunt, Achate meo interprete, ita fieri ex aestu pelagi ebullientis in illa voragine, in illa abysso inexplicibili, quae dicitur *Maelstrom*. Ac tamen oceanus, si oculis fides sit, a nobis quinquaginta passuum millia, et longius aberat!

Iamque varios inter itineris casus vigesimum con-
sumpseramus diem, ac promontorium, quod in oceano porrigitur et *Caput-Nord* appellant, attigeramus. Tribus autem iam diebus sol non occiderat,

sed circa nos quasi orbem describēbat. In promon-
torio resedimus multa cum laetitia, ibique diurnis conviviis usi sumus, quibus nec aves, nec pisces, nec venatica animalia deerant. Ego autem illo perpetuo sole expleri non poteram, novumque quid erat quod non super me, sed circa me in caelo decurreret. Nullae noctes; noctem esse quietis necessitas et ocu-
lorum labor monebat. Hoc tamen comperii: quotidie descendere solarem orbem, obliquiores quotidie fieri radios, quinimo squalentiores, et pulcherrimi cursus astri non circulum conficere, sed spiram quamdam designare, donec illum attingeret limitem, quem horizontem dicunt, atque illo perpetua obnubetur nocte sex integras menses duratura. At ille continens dies, etsi laboriosus oculis, delectabat me tamen, neque ab ipso me removisset, nisi Tangheberii filius me de reditu monisset, priusquam profundis obvoluti tenebris, horrendum vitae discrimen mihi, hospiti et sociis inferrem.

Parui; iusta enim erant quae mandabantur; et remensi iter sumus quodam arithmeticō ritu iis castrametantes in locis, in quibus castra statueramus venientes. Sic me Tangheberiana domus laetissima exceptit, ibique decem feriatus diebus maxima iunctitate, abripi moras, et, « donis cumulatus honestis », una cum armigero meo Haphniae moenia tandem aliquando revisi.

A. VIEILLOT.

PUERORUM LUSUS VENO TEMPORE POMPEIIS

MICAT sub sole renidens hortulus, florida undique messe decorus; columbae candidae marmoreo in margine, suavio ad invicem blandiuntur, dum puer purpurea indutus tunica personam manibus gestans horridam, fratrem, materno gremio receptum, feroci ululatu exterrere nititur, quem mater leni risu tuetur. Musivus renidet labor sub pedibus, aeneum praelucet signum in

mensula, post quod fucata affabre paries aerem novum no-
vae pomaria praefert. At serta myrtleis contexta foliis,
columnam cingunt amplexu tenui, amoris symbolum, qui
matrem et natos eodem nexos vinculo detinet. Haec quae
ver novum prodit miracula cara maioribus, omne can-
dido cuivis spectanti gaudet animus muto huius tabulae
signo iterare.

LAELIUS.

DE RHEDIS ELECTRIDE ACTIS

RHEDAS electride actas primi invenerunt Galli, apud quos cum paulatim perfectiores in dies rhedae illae fuerint, ceteri populi sibi cuique eas addixerunt atque in ipsarum incrementum incubuere; omnium autem conatus illi electricae vis quasi armamentario perficiendo, quod « accumulator » appellant, maxime adhibiti sunt.

Electridis ea machina, quam Gramme reperit (*re-versible Galli vocant*), electricis rhedis exstruendis viam explanavit, motorem ipsius procurans pro posse perfectum, continua evolutione impulsu, partibus satis simplex, absque ullo fragmentorum quae moverentur complexu. His, assiduo studio, multa eaque perfectiora in dies adiecta, tum circa virium cumulum, tum circa ducendi difficultates, tum circa ipsius motoris agilitatem. At princeps eius utilitas una semper in re consedit, in motu scilicet conversionis continuo atque certa lege perfecto.

Quare hodiernis tandem diebus motoribus huiusmodi rhedas agi videmus, et experimenta satis ardua superata, deque eorum utilitate nulla quaestio iam superest. Vim ab eis cumulatam pilae quas vocant *primaryae* genuerunt; eas enim tantum tot inter electridis generatores circumferre tute licebat. Sed diurna praeparatio, itineribus parum apta, nocens aer, quem ipsae efflabant, spatium nimis latum ipsis necessarium, pretium denique haud parvum, effecerunt tandem, ut omnino eae derelinquerentur.

Tunc Gasto Planté, post assidua in rem studia, secundariam pilam invenit, « accumulatoris » nomine deinceps donatam, in qua electrides a quavis fonte chymica vel mechanica originem ducens, in accumulatoris mate-

riis efficiebat ac fluctus electricus inducitur. Anno vero chymicæ accumulationis instituit, didit. Utraque in omnibus adhibebatur.

Atqui rhedae necessarias in nimirum seriem motorem ageret, quod set. Verum diffusor latorum potentia electrica vis, quod pretium. Attamen experimenta tentata exstruxit per fernsiense collegium quinquaginta ad quinque elementis passum fere possum.

Interea trirotis et Ilantaud in cinquaginta millia passuum censi machinari ut motores novos praeditos.

Americanis, a cumulatorum possunt; Budae in Hungaria commissi curru metallo, tacta sunt inita est. Deinde dia inlata, ac diriit, eumque secundum rotas petroli ferre. Electride actas omnibus « Automobilium electrica liberae mihi donarentur, spondisse; rhedae persulant; duas in nostro hoc co-oculis ponimus.

Quas pariter a tribut atque modum cam. Est igitur plumbis laminis electridis electiva vi spongiosum immobile activa, potius quam formam reduceret vi accumulator in.

Sed in rhedis certamine indicto « fulmen » dictum

riis efficiebat actionem chymicam eamque mutabilem, ut fluctus electricus continuus atque usui aptus producatur. Anno vero 1880. M. Faure aemulatione incitatus, chymicae accumulatorum generationi mechanicam sufficere instituit, qua praeparationes initiales breviores redidit. Utraque igitur species in hodiernis electricis rhedis omnibus adhibetur.


Atqui rhedae hae partes omnes sibi ut traherentur necessarias in promptu habere videbantur: cum quis nimirum seriem accumulatorum in curru reponens motorem ageret, quem mechanica vis cum rotis colligavisset. Verum difficilis adhuc res erat, sive tenuem accumulatorum potentiam respexeris, sive nimium pondus, sive electricae vis, quae necessaria currui esset, iniquum semper pretium. Attamen ipse Faure una cum cl. v. Raffard experimenta tentare coepit, primamque electricam rhedam exstruxit per ferreos tramites agendam, quos habet Parisiense collegium publicis curribus Lutetiae. Rheda haec, quinquaginta ad hominum sedes apta, pilarum seriem sexagiuta elementis constantem gestabat, atque viginti millia passuum fere percurrere potuit.

Interea trirotae automobili eadem ratio adiecta est, et Ilantaud in officina prima rheda exstructa, quae triginta millia passum conficere libera posset. Quo exitu incensi machinarii fere omnes acrius in rem intenderunt, ut motores novos perficerent, maxima vi atque agilitate praeditos.

Americanis, aëreo filo duci currus instituerunt, ut accumulatorum pondus vitarent, quod *Trolley-System* vocant; Budae in Hungariae urbe capite subterraneæ actioni commissi currus sunt; in Gallia denique e cippis ex metallo, tacta superficie, fluxuum electricorum receptio inita est. Deinde ad mechanicas liberas rhedas nova studia inlata, ac Dion primus trirotam vapore actam repe-riit, eumque secuti sunt Serpelletius et Levasserius, cuius rotæ petroli fervore volvabantur. Sed ad rhedas elec-tride actas omnium animi peculiariter inclinabant; quare «Automobilium collegium» Galliae certamina indidit, ut electricæ liberae rhedæ quam maxime perfectæ præ-miis donarentur, remque videmus optatis felicissime re-spondisse; rhedæ enim electricæ quotidie undique vias persulcant; duas autem easdemque pulcherrimas hodie in nostro hoc commentario effictas vobis, lectores, sub oculis ponimus.

Quas pariter accumulator unus peragit, quippe vires tribuit atque moderatur. De ipso peculiariter aliquid dicam. Est igitur accumulatoris genus ex plumbō binis plumbeis laminis in sulphurico acido demersis, ita ut electridis electiva vi alia in peroxydum, alia in plumbum spongiosum immutentur. Faure vero cavit ut materies activa, potius quam electrolytice eam haberet, in oxydi formam reduceretur, quo id est consecutus, ut praevalida vi accumulator instrueretur.

Sed in rhedis omnibus, quae anno delapso stadium certamine indicto percurrerunt, accumulatoris erat genus « fulmen » dictum. Quod quidem in vase ex *celluloide* tres




supra decem laminas cuiusque fert *elementi*; *positivas* sex,
quarum est electricam vim condere; ceteras *negativas*:
pondus autem cuiusque elementi chg. 7,5 vix attingit;
plus denique quam vigintiquinque Wat-horae pro sin-
gulis chg. includuntur.

ROLAND'S

QUID INTER PISCES ET KAL. APRILES?

CREDO lectores meos plerumque miratos quid fuerit, quod cum fere omnium kalendarum, quas vel indicat fama, vel usus celebrat, ortus et causae modo sint in monumentis relata, modo traditioni sint credita, modo vel sapientissimorum, vel eruditissimorum virorum sive interpretatione, sive conjectura, sive perscrutatione proventur, ita kalendae Aprilis in more sint, ut neque percipi, neque inquire, neque coniici possit undenam, quo situ solent, habeantur solemnes.

Et quidem *strenae* Sextiles, Augustae videlicet, itemque
anuariae, religione magna usu populi consecratae, ka-
endas illorum mensium fecisse insignes videntur; quippe
anuariae missis datisve alternis munusculis, bonisve sal-
tem verbis, nempe omnibus, tales habitae sunt, ut vel ipse
Caligula imperator, Suetonio teste (cap. 42), edixerit
trenas ineunte anno fore se recepturum; erat enim in
isce donis aliquid boni omnis gratia conclusum, quod
animum donantis ostenderet, et reddentis animum pol-
ceretur. Ad Augustas autem quod attinet, quae Romae
temper magno in honore ac ritu fuerunt, et sunt, sole-
tatis ac recordationis causas ex Macrobio scimus: « Cum
imperator Caesar Augustus mense Sextili et primum con-
flatum inierit, et triumphos tres in Urbem intulerit, et
Ianiculo legiones deductae, secutaeque sint eius auspicia



ac fidem, et Aegyptus hoc mense in potestatem populi Romani redacta sit, finisque hoc mense bellis civilibus impositus, atque ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit ac fuerit » (*Sat.* lib. I. 12).

Hisce itaque positis, quid laetas fecerit kalendas utrasque non miror, et quid coniugibus Martias convivio et sacrificio servandas praeceperit noscimus ex illa Horatiana ode praesertim, quae incipit:

*Martis cælebs quid agam kalendis,
Quid velint flores et acerra thuris
Plena miraris, positusque carbo in
Cespite cito.*

At quid solemnitatis et quare genus sit in kalendis Aprilibus celebrandis, et eo more, inquam, celebrandis, ut festivum sit alicui verba imponere, et nihil tale suspicantem in longum iter dimittere, et eo iucundior laetitia sit in mittentibus quo longius dimisso spatium emensum bona fide sit, demum qua de causa hic illudendi modus *Piscis Aprilis* nuncupetur, plures frustra rogaverunt, multi causam facto imparem protulerunt, nemo rem ita absolvit, ut vix quod intra probabilitatem esset assequeretur.

Quo semper honesto animo fuiimus aliena referemus, nihil addentes, nil detrahentes, sine studio prorsus et ira, tum quae nobis opportuna videbuntur placita subiiciemus, ut cuique in potestate sit illa, quae placuerint magis, diligere, et, si Minerva iuverit, etiam vero proximiora suggerere nostris commentariis praelo vulganda; non enim parvi est obscurissimam absolvere quaestionem, et indicare fontem eloquutionis omnium sermone percrebrescentis, qua nunc vel ille notatur, qui alieno eloquio deceptus inutilem simul et ridiculum suscepit laborem, vel nuncium illud, quod, etsi soleniniter madosum, omnibus tamen, vel plurimis credibile fuerit.

At insigne huiusmodi proverbium facto cuidam gravi
inniti oportuit; in hoc autem quaerendo eruditum cum per
diversa abiissent, sexcentas aperuere vias, et quisque cum
sterneret suam, obstruebat alienam.

Alter enim prodidit Lotharingiae dynastem in arce
Nanceja carceri traditum, rege Ludovico XIII Gallorum,
kalendis Aprilibus iupisse vincula, et fluento, cui La
Meurthe nomen, tranato, redisse ad suos; Lotharingios
autem illusisse gallicis militibus, qui piscem in custodia
servare non potuissent, elapsum frustra petiissent. Quan-
tum fabula absit a re, res a significatione ipsa neminem
dat.

Alter commentus est (1) montanos incolas kalendis Aprilibus feriantes ad litora proximi maris venisse, ibique piscatores ot'osos cum reperissent, petuisse ab hisce, mercede pacta, ut scalmos et naviculas piscatorias commodarent, ratos punctionem copiosissimam se in alto facturos. Illi libentiusa ssensere, scientes eo tempore pisces in dependentis ovis ad litora districtos altum non quaerere. Quo factum est ut illi toto adremigantes die et retia trahentes

(1) PASSARINIUS. *Picus Luri Bassaniensis*.

hac illac, ne pisciculum quidem cepisse. Ortum inde proverbiū, quo irriterentur qui nubes et inania tantummodo, multo labore et longis itineribus, captarent.

At hic etiam video a veritate proverbiū et moris fabulam aberrasse; non enim agitur de homine, qui prudens et sciens inania tamen captat laboriosus, sed de homine qui nescius et imprudens ad vanā dimititur accipienda, dum bona fide alieno consilio vel fretus vel parens itinere fatigatur.

Tertius, Henricus de Bellingen, mihi non sine quadam sacilego ausu, autumat haec itinera, in quae bardus, vel male sibi cavens homuncio peragenda adigitur, esse recordationem quamdam itinerum Christi Domini Salvatoris, qui ab Anna ad Caiphā, a Caiphā ad Pilatum, a Pilato ad Herodem, ab Herode ad Pilatum amarissime trahebatur, crucifige! crucifige! conclamantibus undeque Iudeis. Idque eo praesertim quia Christus in praeceptis literis acrostici Erythrae Sibyllae *ichthus*, ἵχθος habetur, idest: *piscis*; nempe: «Iesus Christus Dei Filius Servator». Qua de re prisci illi viri gemmas, testas, lucernas, nimbus vitreos, marmora pisce notabant, mysteria picturis velabant, quinimo, ut in epigrammatibus Abercii et Pectorii, cum loquebantur de pisce, Christum designabant. At quamvis haec sint, ipse memorem non unam tantummodo vidi tesseram hospitalem, qua pateret aditus Christianis adeuntibus vel catacumbas, vel ecclesiam in aliqua aede patria primis temporibus congregatam, neque me lateat Eusebium in Vita Constantini orationem Augusti retulisse, in qua magnus imperator e Ciceronis libris integrum refert acrosticum sibyllinum, libere dicam huusmodi morem, nimis alto repetitum principio (cuiusmodi fere semper eruditorum deliramenta sunt), christianas mentes et mores inire non potuisse, immo nec humanam. Quid? Aut credentes essent in Christo, aut idololatrae et Iudei. Si credentes, nunquam irrationem acerbam retrahissent; si idololatrae et Iudei, nunquam eversionem rerum omnium suarum, illis praesertim scatentem ex itineribus, fere superposito vulnere refricassent. Addam demum hasce irrisiones, si tamen, habendas Martio mense, non Aprilis exordio, cum passio Christi communi sententia vigesimo-quinto Martii diei, non kalendis Aprilibus, affigatur.

Reiectis hisce, quid superest? Duo mihi videntur adesse. Si rem ab antiquis deduxerimus, qui in ipso Palatino

ante Romuli aetatem greges pascebant, faciae huiusmodi optime tribuendae viderentur agresti et pastorio populo, penes quem irrisio saepe ioci nomen locumque tenet. Verum antiquitatis tantae notam nemo, saltem hic et nunc, huic derisioni prudenter dabit, quamvis ipse minime spem deposuerim non modo inveniendae rei, sed etiam nomen proverbiū.

Si rem vero christianis temporibus adscripterimus, ego prae manibus opinionem fero, qua multa concilientur, quae tum Passerinius, tum de Bellingen ediderunt, inter se quamquam pugnantia. Argumentum breviter explicabo. Sit Christus ille *ichthus*, piscis, quem et Sibylla et prima tria saecula probavere; sit in Resurrectione Christi triumphus novae religionis illatae, cuius fundamentum, ut ait Paulus, resurrectio Dominica est. Sit autem, quod nemo sanæ mentis homo negabit, illa infelix Hebraeorum astutia dum vigilantes ad sepulcrum Domini milites auro propenso corrumpere conata est: «dicate quia dormientibus vobis venerunt discipuli eius ad sepulcrum et tulerunt eum», dormientes, novo probationis genere, testes adhibens. Necesse inde fuit, aut saltem aequum fuisse, ut sacerdotes, pharisaei, scribaeque hac illaque discurrent aut Iesum male mortuum, aut eius cadaver reperturi, ut flagrans de resurrectione Christi mendacium ostenderent populo, sive ut o tenderent se raptum credidisse. Ecce atrox ioci deriso. Bardus, qui frustraneum in iter dimititur, synagogae satellites exprimit querentes quod certe non reperirent. Habetis igitur quod cum pisce et cum erronibus commune sit. Kalendas autem Aprilis habetis quia eo die, pluvinus, de Christi resurrectione rumor insonuit, quam Hebreus falsam, inanem, mendosum denique nuncium toto praedicat ore.

Et quid putatis fuisse Hierosolymis, quid Caiphā, quid pharisaeos, quid Herodem intentum inausumque reliquise nunciantibus hominibus Christum apparuisse nunc hic, nunc illuc? Quot dimissi milites, vel certi saltem homines, qui seu rursus caperent, seu vidisse vivum referrent? Ambulate, ambulate a coenaculo ad Emaus, ab Emaus ad lacum Tiberiadis, a lacu Tiberiadis ad quaque loca Iudeae. Rogatus de re alio vos mittet pisces capturos, at vacuis toties manibus reddituros.

Me autem ultro in hac sententia constituant tum ea quae saepius audivi, tum ea quibus nonnunquam inter-

fui. In Marsis enim Aequicolisque Apenninis mos est bardum a pago in pagum credita epistola mittere, ut claves *Allua* inde ab aliquo dandas viro reportet, sine quibus Sabbato Sancto neque liceret hymnum *Gloria in excelsis Deo festivo* ritu in templo cantare, neque aera campana in sonitum, solitus funibus, provocare. Abiens vero obsequitibus excipitur verbis, ad tertium pagum dimititur, ubi eadem iterantur, atque in aliis toties, donec advesperascente die, penitus in itineribus faciundis absunto, grave humeris baiulans onus (bulgam nempe saxis diligenter refertam, fune constrictam, sigillisque rubris munitam multisque commendatam verbis ne deponat in via, ne ab alio ferri sinat, ne labi patiatur; magno non enī criminē ista vacareant), semimortuus fame dominum remittitur.

Nunquid non aspicitis in allegoria Iudeos, qui clausos aeternum sibi libros Legis Prophetarumque circumferunt, laetitiam solemnis Sabbati sui frusta quaerentes, caeli solique sui extores et iejunio veritatis aeternae confecti per aliena migrantes usquedam orbem terrarum deficiat dies?... Scriptum quippe est: «Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canes, et circumibunt civitatem» (*Psal. LVIII*). P. ALEXIS.

IDIOTARUM INSTITUTIO

HIPPOCRATIS usque ab aetate ad idiotas erudiendos frustra sunt adhibiti conatus, ut hebetem eorum mentem, etsi non acuere, flectere tamē aliquantulum licet.

At nostro hoc saeculo ineunte, nova ad huiusmodi intentum opera conferri repente visa est, ex quo praecipue Itard quidam Lutetiensis idiotam iuvenem, quem cives omnes noverant aspernum reputaverant, eruditum sibi adscivit. Anno vero 1848 Belhomme medice artis doctor librum exaravit, quem *De mentis imbecillitate elucubrationes inscripsit* (*Essai sur l'Idiotisme*), ut suaderet sapientibus miseris huiusmodi mentis aegrotos aliquantulum erudiri posse et debere: huius deinde discipulus, Ferrus nomine, magistri desiderium explevit, eiusque exemplum Falvetius et Voisinus imitati sunt.

Sed Eduardi Seguini prima laus est, novae huius-

videamur sumpturi diem. Velim tamen, quoniam convivalis est disputatio, ut ipsa minus habeat austeritatis, quam hesterne, atque ita potius instituatur, quemadmodum in *Symposio* illo Platonis, in quo Amoris varia et lepida descriptio est, et ipse Socrates minus arctis implicat nosdis adversarium.

Treb. — Hilaritatis initium attulit profecto Mucius recitatis poetae versibus. Quis enim aptior Musis locus quam convivia? Quamobrem ipsi gratulor, quum ob egregiam humanitatem, tum etiam propter usum latini carminis atque sermonis, quo idem videtur, rara his temporibus avis, haud mediocriter pollere.

Muc. — Hominem laudas non illiberaliter quidem institutum; usu tamen ac domesticis praceptis multo magis eruditum quam litteris. Si quid autem in me est latini saporis, id fateor veteri studiorum disciplinae acceptum esse referendum.

Treb. — En, iuvenes, virum, qui

Et sapit et tecum facit, et Iove indicat aequo (1).

Philippo autem habenda gratia est, cuius inopina sternatio exstitit causa instauranda quaestio in horto propositae, de praesenti litterarum conditione miserrima. Lollius quidem ad sapientiam provocavit: qua tamen medicina quum nihil opis adhuc accessisse videam iacentibus litteris, alia erit adhibenda curatio. Mihi igitur longe optimum videtur veterem discendi morem et maiorum institutiona retinere, qui maius quiddam animo complexi multo plus profecto viderunt, quam quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest. Nam, quae tandem ista est, quam tantopere iactant, recentior institutio? Commigravit huc nuper et iuvenilem animos pestifero veluti quodam

Haec Davus quum audisset, appositis in mensa turdis, citus accurrerit ad Philippum et: — Porridge — inquit — amice, dexteram. — Quod quum ille moraretur faceretque pugnum instar minitantis: — Nost — subdidit alter — manus ad amicos non complicatis digitis extendi oportere. Docti pariter sumus; unus enim mihi teritur Casamiae lunaris liber.

(*Ad proximum numerum*).

P. ANGELINI.

10]

LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

II.

Postero die, hora sub meridiem constituta, quum omnes Mucii domum convenissent: — Aegre est — hic ait — quod convivae desint mihi optatissimi duo, alter communis vester hospes, alter oppidi curio. Ubi enim illuxit, in Reatinam urbem gravis negotii causa se contulerunt, exhibitis mihi tamen humanissime famulis Davo et Marco. Hi una cum rusticis cibis hilaritatem nobis afferent, lepores, venustatem, gratiam. Nunc autem quia uxor iam clamat tempus esse ut honore vestro haec mensa dignetur, accumbite, amici, et agitate, si lubet, eruditos sermones; reliqua meae curae sunt, cui licet hodie tanti coetus hospitio gloriari.

Inter haec, quum iuris esset allata gustatio peracutior, continuo Philippus ita sternutavit, ut lances et vasa concuteret. Quem ad strepitum conversis omnibus precatisque medico salutem: — Omitte — inquit — intempestivam salutationem atque obsoletam. Mutuo potius propinuemus rhenense hoc vinum, quale media in Germania bibitur.

Cui Mucius: — Si Moecenas es, habe me excusatum quasi alterum Flaccum. Nam

*Vile potabis modicis Sabinum
Cantharis... (1).*

Phil. — Frustra tentas tui pretium extenuare muniris. Interim gaudeo vehementer quod his initis hilarem

(1) *Carm. XX, 1.*

(1) *Hor. II Epist. 1, 68.*

modi disciplinae constanti studio inutiles neque eum « idiotarum eius liber anno I tarum exercitatio a quis in eum fin incubit, servare. Huic fere aequali in patria assumps

Italis nobis p sima tot inter al quidem de natio satuorum omni tamen praecone pulsos aegre cre rectius cogitasse quae et medicis fatuitate labora quo diem integri

Quod autem Antonius Gon bus a. 1887 ian copia et magna ferme vates effici ad vitae labore disciplinae elem sui ipsius iudici viribus augeatu

Sunt autem poris, quaedam pitis, impar vitiū corporis motus vel blaesus ser et deliramenta borat defectibus caret, aut nim cupiditate inc proximis detri pulcritudinis,

Atqui tot ille doctor substitutione, in ut motus in h coloresque dis sipida, tactus

Morum a potissimum c gulas ipsa con exitus praecip

Extrema c infantes, prou electione eru cordibus ince

Quibus f una cum Pi medica arte spem aliquan regimine per forma vel vol

DE

I AMQUE st illud, mi porrigeatur nihil invide potissimum neque Iupp Crispini fili simus: — A huius, quea

(1) Cfr.

isque Apenninis mos est
redita epistola mittere, ut
dandas viro reportet, sine
liceret hymnum *Gloria*
templo cantare, neque aera
nibus, provocare. Abiens
verbis, ad tertium pagum
, atque in alium toties,
tus in itineribus faciundis
ans onus (bulgam nempe
constrictam, sigillisque ru-
ndatam verbis ne deponat
e labi patiatur; magno
, semimortuus fame do-

goria Iudeos, qui clau-
rophetarumque circum-
sui frustra quaerentes,
unio veritatis aeternae
medium orbem terrarum
est: « Convertentur ad
canes, et circumibunt

P. ALEXIS.

TITUTIO

d idiotas erudiendos
hebetem eorum men-
aliquantulum liceret.
nova ad huiusmodi
sa est, ex quo pre-
tam iuvenem, quem
putaverant, erudien-
Belhomme medicae
de mentis imbecillitate
(folisme), ut suaderet
aegrotos aliquan-
deinde discipulus,
explevit, eiusque
ati sunt.
est, novae huius-

inmarinis et im-
ovo quodam arti-
omines, audaces,
ad incertissima
iniones, evellunt
state consecrata
iam nihil possit
sum autem tur-
dum in voculis
x tanta doctrina
x quibus haec
ae se imponat
eruditio omnis
que titulis con-
obis inculcare
libri». Quam
m rideremus,
s, ut Cicero
tamen sumus
scriptis est ar-
legans omnis
omnis gram-

mensa tur-
rigre — in-
e moraretur
ost — sub-
catis digitis
enim mihi

GELINI.

modi disciplinae fundamenta posuisse, atque patienti et constanti studio eo devenisse, ut operis fructus neque inutiles neque exiguo colligeret; quare non immerito eum « idiotarum apostolum » vocarunt. Prodit quidem eius liber anno 1845, cui titulus *Moralis et corporea idiotarum exercitatio atque eruditio*, cuius deinde regulas quisquis in eum finem quavis educatione maxime arduum incumbit, servare hactenus optimo exitu non desit. Huic fere aequalis Helveticus Guggenbuhl idem sibi opus in patria assumpserat, asyla et scholas ad rem condiderat.

Italis nobis postremo hoc tempore cura haec novissima tot inter alias innumeratas aggredienda emersit, quo quidem de nationali quadam foedere iam sermo est, ad fatuorum omnium tutelam a pueritia ineundam, cuius tamen praecones uno miserationis affectu ad rem impulsus aegre credimus. At Sanctus ille doctor De Sanctis rectius cogitasse mihi videtur de societate constituenda, quae et medicorum et magistrorum simul curas pueris satuitate laborantibus procuraret, asylo ad rem condito quo diem integrum ipsis dedercent.

Quod autem Urbani nos consuletes adhuc agimus, Antonius Gonnelli-Cioni medicus in Bergomensium finibus a. 1887 iam conatus est, non sine fructuum ubere copia et magna optimorum laude. Idiotas enim haud ferme vates efficit; at ea tamen institutione roborat, quae ad vitae labores sustinendos sit satis et primis moralis disciplinae elementis imbuit, ne misellus puer, obscurus sui ipsius iudicio relictus in civitatis perniciem aetate et viribus augatur.

Sunt autem idiotarum signa quaedam externa corporis, quaedam animi. Corporis sunt deformis figura capitis, impar vultus facies, devius oculorum intuitus, dentium caries, tactus hebes aut peractus, nimii vel imbecilles corporis motus, gustus vel olfactus aberrations, balbus vel blaesus sermo, inordinatae muscularum contractions et deliramenta nervorum. Animus vero et ipse variis laborat defectibus; aut enim intendendae cogitationis vicaret, aut nimia socordia deprimitur, aut nulla imitandi cupiditate incitatur, vel simulandi studio corripitur, aut proximis detrimentum gaudet afferre; sensus amoris, officii, pulchritudinis, caritatis aut nimis aut nullimode percipit.

Atqui tot variis dissitisque morbis Gonnelli-Cioni ille doctor trifariam medetur, sensuum corporisque institutione, in quam patiens laboris magister incumbit, ut motus inhabiles provocet, sensus ad varios sonitus coloresque distinguendos acuat, gustus ad sapida vel insipida, tactus ad calida vel frigida distingueda deducat.

Morum autem doctrinae altera est educatio, quae potissimum circa religionem versatur et omnis vitae regulas ipsa complectitur, cui copiosissimi tanti conamini exitus praecepit adscribendi videntur.

Extrema denique manuum opera respicit, qua miselli infantes, prout cuiusque morbi et natura ferunt, prudenti electione erudiuntur, ut laboris studium eorum etiam in cordibus incendatur.

Quibus ferme experimentis concludere adstringimur una cum Pinel, Esquirol, Ferrus, aliisque summis in medica arte viris, fatus etiam, atque idiotis praecepit, spem aliquam institutionis affulgere, dummodo rationabiliter regimine periti medeantur, et morbi illi quibus cerebri forma vel volumen nimis graviter laeduntur, absit saltum.

R. SPINA.

COMMUNIA VITAE⁽¹⁾

De priscis et hodiernis eduliiis.

AMQUE steteramus, in sua quisque sede, et nectareum illud, mihi deliciosissimum; in « catillulis » fumans porrigebatur humanissime singulis. Sorbillabam in pace nihil invidens Iovi ambrosia se proluenti, ea de causa potissimum quod neque ambrosius unquam fluxerit latex, neque Iuppiter unquam sit illa potitus. Tunc Benedictus, Crispini filius, discipulus olim, nunc amicus mihi carissimus: — Amabo te — inquit — si de nomine potionis huius, quae fuerint in animo, dixeris. — Illi autem ego:

(1) Cfr. num. sup.

— Et ama ultro me, qui peream, nisi optatis tuis illico obtemperem. Itaque

Excipite haec animis, atque haec mea figite dicta.

Multiplicanda non esse entia absque necessitate philosophia semper admonuit; in illo autem sermone *patrando*, date veniam verbo, qui apprime philosophicus est, talis quippe mihi videtur latinus, philosophiam sponte sequendam reor, idque eo magis quia iuncto simul foedere philosophia et philologia, pari passu in nostra arva deveniunt. Dixere nonnulli haec semina « fabas arabicas ». Nolim; et eligam potius pravo vivere naso, quam in ridicula ista concurrere. Ecquid enim cum fabis, quae legumina prorsus herbaceum genus et farinaceum sunt, commune ista habent semina, quae castaneum instar et glandium, et fagorum ex arbore demittuntur in terram? Quid commune si formam utriusque et factionem compares? Quid in arte coquendi? Quid in comedendi ritu? Numquid sicuti fabae, illa semina ferventibus credimus ollis et aquis uti mollientur ad esum? Illae quasi frumenti genus, ista ligneum quid potius cuique patent. Excludam igitur ab iis seminibus nuncupandis omne quod fabarium est, immo et quod arabicum, haud aliter ac repuli quodcumque ex fagiis sit ac ex quercubus; idque eo potissimum quia eodem iure haec dicerentur semina Arabiae propria, quo frumentum sive Galliae, sive Italiae, sive Americae proprium diceretur. Itaque cum regio in Aethiopia sit, quae Kaffa nominatur, ibique arbores illiusmodi abundant, talesque sint ut non modo tostis e seminibus optima ac praestantissima potio conficiatur, sed ex lignis eorum involucris rite auditis deducatur qualis vix e speciosissimis tum Arabiae, tum Americae trahitur, si vobis ita visum fuerit, patriae nomen semini imponam, et « kaffea » (subaudi: glandem) semina nuncupabimus, « kaffea » vero, neutri generis, quod aromaticum mulsa aqua decocti more sorbemus. Qua voce habebitis, quae inde voces ad diversa nascuntur, nempe « kaffeoquum », « kaffearium », « kaffecolum », aliasque sexcentas in super, nec ipso excepto kaffeariae taberna servo, qui « kaffeforus » rite vocabitur.

Plausere dicenti, meque « kaffeforum » ore uno salutabant. At ego manu silentium indicens: — Gratias ago — dixi — et habeo et habeo; at potius, meliora sequuti, nunc me « kaffebibulum » intuemini. — Atque inter haec cupidis labris vasculum applicui, neque ore dimisi, nisi catillo funditus hausto, siccato.

Qui kaffeforum et kaffeoquum comiter et urbane satis audiverant, atque amico ore laudaverant, kaffebibulum magna cum voluptate gustantem secundo risu laeti prosequuti probarunt.

At subito Proilus: — Expletus dapibus, vino, kaffeo, tandem aliquando sta promissis, et narra dum taciti audiimus.

— Nec segnis, nec datae fidei fastidiosus haec habeo. Cibus uti nobis, ita priscis quodcumque fuit, quo homines vescerentur, tam « popillariis », quam generosis commune. Mox nomen hoc infima designavit; et vulgus cibo sedare famem solebat, nobiles pecuniosique dapibus, ferculis, eduliis, obsoniis, epulis ientabant, prandebant, coenabant, comissabantur. Illud quantum vel necessitas ferret, vel suppeditaret merces saepe iniqua laboribus, hi quantum voluntas, interdum inexplebilis, posceret, opes tolerarent. Utrisque autem vel ciborum vel ferculorum materies, fundamentum dicam, eadem erat quae nobis. Nempe frumentorum genera quaevis, olera omnia, hortorumque divitiae, poma, quadrupedum et volatilium carnes quotquot nunc sunt, pisces denique a mullo trilibri ac thynno ad incolas rivulorum pisciculos. Communes autem, uti nunc, mensae elicias videbant carnes, vel assatas, vel adipe, lardo, odoris herbis circumseptas, aheno aut sartagini creditas comminutas et cum torrefiebant, vino, vel aceto superinfuso, refrigeratas, ne duriores dentibus et stomacho obstarent. At qui voluptuose vescabantur, ii coquorum turbam alebant, qui non de sedanda fame domini, sed de irritanda gula certarent.

In hisce Marsus ille: — Quid ais? Crispinus noster ac Sophia, quam obsequi causa nomino, in appositis epulis consuluerunt irritandae gulæ, vel fami sedandæ?

— Sapientes — respondi — sunt ii, et ideo

Inter utrumque tenent; medium tenuere beati.

Fuere enim quae initium prandio fecerunt, quaeque superius iam dixi; postea elixae carnes, tum ex domesticis pullis, tum ex bove, quas « embamma » consperserat, « salgama » gratiores palato dederunt, « cinarae » et « cymae » oleo malique medici succo humentes circumdabant, atque omnia eo disposita ordine et ita composita in lancibus, ut anceps adhuc sim utrum oculos antea magis quam gustum postea delectarint. Sequebatur ista « minutal ex haedo » arte Apicana ovis coagmentatum, delicatissimum ferculum, cui mox « lagana » « gigeris » inscripta et consita, butyro et caseo et iusculis locupletissima haeserunt. Tum « offae » lactucis decoratae turdisque assatis intertextae, et post has « artocreas », inde.. Sexcenta fuerunt, quae nimio numero exciderunt memoria, ferculæ adducta; nempe « crenum », « iunculus », mala apiana, scantiana, quiriniana, placentae cinnamomum redolentes et citrinum, conditae amygdalæ, perfusæque saccari. Haec et quae prætereo satis fuisse credis ad sedandam famem? Superfuerunt profecto. At gulam ita irritarunt ut satietatem assequeretur, et eduliorum adiutrix esset sapientia et prudenter disponentis. Magni enim est prandium ita instituere, ut una voluptuosum sit ac salutare: nam ita temperanda sunt condimentis obsonia, ut quae saluti incommoda esse in altero possunt, alterum rependat. Scirene modum cupis? Lactuca frigida est, et fortassis male stomacho, si sola, opportuna; deline hanc oleo, perfunde acetō, sale instrue; habebis in acetō et sale quod vellicet stomachum, in oleo quod visceribus medeatur, si nimis acetō et sale irritentur. Dic idem faciundum de reliquis quae ad cibum sunt. Quapropter illud Senecæ: « innumerabiles esse morbos miraris; coquos enumera! » ita interpretandum est, ut de imprudentibus et male cauentibus coquis dictum putetur. Potissima vero differentia inter edulia nostra et antiqua in hoc versatur, quod prisca illa Apicana delectationem unice quaerebant, nostra cum delectatione salutem. At si quid de Apicanis præceptis placeat audire, ea vos recitabo afferens Apicium librum quem Simoni collega meus nuper urbano commodavit; non tamen hodie, defessus quippe sum, sed tantummodo si sequentibus mensibus huc item redierimus.

Placuere proposita, atque inde tandem discessimus.

H. DE VECCHI PIERALICE.

QUAESITIS RESPONSIO

De latini eloquii pronuntiatione.

Illustrissimo viro Hyacintho De Vecchi Pieralice
Donaldus Macrae S. P. D.

G RATIAS quam plurimas tibi ago, vir docte et benignae, de tuis mihi pergratis litteris quas cum cura legi, et ex quibus magis magisque sentio latini eloquii exemplar propositum, quamquam difficile sit, nec impossibile nec inutile futurum.

Non enim impossibile erit si, te duce, omnes *Vocis Urbis* socii operam dent ut viam et rationem inveniant, nec inutile præsertim si latini sermo « doctrinarum omnium et disciplinarum communis habendus » sit, ut exoptat cl. F. Ramorino vester. (Vide pag. 2, ann. III, num. 1)

Haud multi equidem omnes Europæ linguas discere possunt, quia ars in dies longior, scientia latior, commercium abundantius fit; vita tamen adhuc brevis. Constat, itaque, opus esse duabus linguis communibus, altera mercium, altera doctrinarum commutationi.

Doctorum colloquiis latinam linguam esse aptissimam, eamque iam basim perlatam habere, res præterita et hodierna satis præbet. Sed lingua communis ad maximam utilitatem attingere non

potest, nisi ubique et ab omnibus ea utentibus intelligatur quum in loquendo, tum etiam in scribendo. Nam, si suam quaeque gens latini sermonis pronunciationem retinet - sive gallo-latinam, sive anglo-latinam et huiusmodi alias - vix communis illa lingua vocari potest.

Communis igitur pronuntiatio est invenienda, qua omnes latine loquentes ab audientibus intelligantur, et enuntiatio quam tu, vir doce, nobis in litteris tuis dediti, primus in hanc rem gradus esse videtur. Quarundam vocalium et consonantium vim non satis inter doctos adhuc determinari nemo est qui nesciat, sed nemo auctor erit silentium nobis interdum esse tenendum et oculis potius quam vocibus latinam linguam esse legendam.

Quoad accentum et alia linguae *tenella*, quaenam lingua varios in diversis regionibus accentus non habet? Quae gens suam « Patavinitatem » non sovet? Nihilominus Gallus Gallum, Anglus Anglum gallice aut anglice loquentem facile intelligit, quod, accentu salvo, eosdem fere sonos vocalibus et eamdem fere vim consonantibus tribuunt. Sed pro certo habeo nec Gallum nec Italum posse Anglum latine loquentem intelligere, non sane quod Anglus latine loqui nesciat, sed quia anglicos sonos latinis vocalibus dat, et alio modo quam Galli et Itali consonantes pronuntiat.

Vocalis *i* in anglico sermone sonum *ai* habet, ut dicis, et quoad vocales anglicas « rem acu tetigisti ».

Hunc sonum *ai* vocali latinae *i* tribuunt Angli, quem rite repreäsentat vocalis anglica *e*. Itaque quum exemplar sonorum vocalium et consonantium attigerimus, fortasse ad accentum progrediemur.

In Scotia vocales latinae pronuntiantur hoc modo: *a* eundem habet sonum ac *a* in verbo gallico *avoir* (correptum si vocalis est brevis, productum si longa).

e eundem habet sonum ac *e* in *été*.
i » » *i* in *lis*.
o » » *o* in *or*.
u » » *ou* in *doux*.

Sed concludendum, ne *Forfex* ille meam epistolam corripiat. Perge, sis, quo coepisti et « macte virtute esto ». Nos, discipuli, intenti ora tenemus. Vale.

Lairg, in Scotis, a. d. vi id. Martias MDCCCC.



Non modo *Forfex* suo recidendi munere haud uititur, prouti vides, clarissime vir; quin etiam, licet quaestioni a se propositae, de cuiusdam lapidei fragmenti interpretatione, alia addenda habeat, spatium tamen tibi ceterisque qui tecum tam sapienter tantaque humanitate ad decertandum de re summi momenti venerunt, dum velint, relinquat. Sit igitur alteri socio hodie liberum verbum:

UNIFORMIS cuiuslibet linguae pronuntiatio neque auditur, nec optatur. Id tantum similitudinis requirunt latine loquentes, quod sufficiat, ut facile se invicem intelligent. Talis apud Scholasticos conuentus floruit, et in India perstat inter sanscriticos.

Quare si Tullii Maronisque opera latinitatis exemplaria haberi solent, est natura pronuntiationis exemplar: eorumdem correcta recitatio. Quae ipsa sit, nos docent grammatici, nam vix de parvis dubitant. Id igitur solum est nobis agendum, quod ii - puta Madevium - demonstrant et non agunt. Quum tamen illa iam Americanis in iudicis usurpatur pronuntiatio, si acceperint eam Europaei, fiet universis colloquium habilius.

IAC. TASSET.

ANNALES

Sinensia pericula - Formosae insulae seditiones - Bellum ad Philippinas - Americana civilia bella - Transvaaliana fata - Galli et Turcae in Africa.

PERICULA amittendae pacis in Europa, quae ex ultimae Africæ bello imminere nonnulli autumrunt, ex Oriente exsurgere vicissim non desinunt. Nullum tamen hactenus Europæorum foedus initum praedicant, ut navales nostrum copiae ad Sinensium litora et portus coactæ proficiantur; quare incolarum proterviam in barbaros, prouti nos vocant, acerius quotidie flagrare mirum non est.



Quae seditionum ignita vis Formosam insulam pervadere iam atque pessimum coepit. Iaponi post ultimum bellum in suam potestatem redegerunt, sed dubitant plures ne incolarum multitudine supererentur, Russorum ferme cum desiderio, qui Coream peninsulam tenent et Sinenses regiones avide mente circumspiciunt. Quare qui populorum vices moderantur parum abesse tempus diuidant quo Iaponii Russique armis congregantur.



In Philippinis proximis insulis Americanorum exercitus iniquam iterum fortunam experti sunt, incolarum pro patria pugnantium callida virtute superati.



At meridionalis America assueto semper seditionum discrimine laborat. In Brasilia enim nonnulli ex illa factione quae regale imperium studet instaurare coniurationem inierant, ut gubernium everterent; sed Ferraz de Campos, foederatae reipublicae vigil praeses, rem adhuc agitatum detexit, ac perduelles in carcerem coniecit.

Argentinenses autem cives graviora sibi pertinuerunt. In Entrerios regione, ex nimis vectigalibus opificia occlusa sunt et seditiones exortae: cives concurrerunt ad arma; adveniente statim reipublicae exercitu intra Paranâ urbis moenia sese receperunt atque obsidione praecincti sunt. Id equidem infelix belli civilis exordium; sed inopinato Hernandez doctorem, qui perduellibus praerat, tantum patriæ malum procurasse poenituit, atque in ditionem sese dedit Winter duci, qui milites reipublicae moderabatur.



In ultima Africa, post Bloemfontein urbem ab Anglis occupatam, siluerunt fere his diebus armorum strepitus. Boeri Praetoriam urbem et Kronstadt, quae civitas Orange reipublicae novum caput constituta est, munitionibus, quas possunt, validissimis circumsepiunt. Nam pacis componendae vota nisi suas republicas in ditionem traderent Angli respuerunt omnino, atque vanae pariter evaserunt obtestationes Europæis principibus passim oblatae, ut mediatores huius pacis fierent. Nil igitur Boeris superest quam aut libertatem amittere aut decora morte occumbere; quod extremum discriminem strenue præoptasse iam videntur.

Interea quae inter Lusitanos et Anglos de Delagoa sinu controversia agitabatur pro Anglis delecti arbitri diremerunt.

Gallos in Mauritanis nova moliri tradunt, atque copias circa fines imperii cogere quamplurimas; quod nec Iberi, nec Angli, nec Itali, nec Germani benevolenter respiciunt. Sed ne Turcae quidem, qui, magno exercitu in Tripolitania coacto, gentes quae Wadi ripas incolunt armis subigere coeperunt, ne ex eorum incursionibus Galli forte occasionem transgrediendi fines arriperent.

POPULICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS

In Anglia Brodrich, qui res ad exterros moderatur, interrogantibus obtestatus est aës alienum quod Persae a Russis mutuati sunt, absque Anglorum consensu fuisse contractum. Itidem de bellicis Russorum copiis ad Persarum fines coactis nullam protestationem edere sese posse, eo quod hostiles in Angliam intentus minime evincant.

In Austria coram senatoribus de consilio a reipublicae moderatoribus suo edicto propositis disceptatio facta est. Koerber, qui administris praest, senatorum favorem laete sese accipere dixit, atque spem magnam ostendit prudenti consilio ad concordiam inter cives restituendam sese posse tandem pervenire. Hanc vero spem nonnullorum legatorum habiti conventus, sive ex Bohemia, sive ex Moravia, sive ex Hungaria, sive ex Germania, iam optimè confirmarunt, inita mutua conventione, iucundum futurae pacis auspicium.

In Gallia rogationes de vini commercio, ut graviora vectigalia contra dolia quae a finitimis regionibus advehuntur, constituerentur, ad legatos ex oratoribus populi delectos, qui in rem potissime incumbunt, delatae sunt, ut proxime disceptatio fiat.

In Germania rogatio quae ab Heinze nunciatur, de bonis moribus in artum operibus atque in theatrorum spectaculis rigidus tuendis, à municipibus approbata est.

In Iberia Silvela, qui administris praest, cum de Mauritania discrimine interrogaret aperte declaravit sese optare ne quid in praesenti imperii condicione immutetur.

In Italia qui in extrema laeva aulae parte sedent tumultuosas reddere populi oratorum sessiones pergit: quare ab adversariis qui maiorem partem constituant propositum est, ut regulæ quae coetus sessiones moderantur arctiores fierent: res autem cum scribimus animose agitatur.

SCRIBA.

AENIGMATA

I.

Syllaba *prima* iuvat largos, deterret avaros;
Altera bestiola est, in toto saepe latescens.

II.

Aptum per *finem* mihi *totum* defluit acre;
Defluit et candens dulceque *principium*.

FR. XAV. REÜSS.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus cui titulus:

BIBLIA SACRA VULGATAE EDITIONIS

Xysti V P. M. iussu recognita et Clementis VIII auctoritate edita.
(Affabre renovarunt Desclée, Lef. bre et Socii).

Aenigmata ann. III, n. III proposita his respondent:

1. Ius. 2. Vina - Navi.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; M. Mori; Anic. Tapias; Hon. Soper; Fr. Xav. Reuss, Roma - Ioannes Mediolanensis - Gui. Schenz, Ratisbona; I. Ant. Schneider, Monachio, in Bavaria - Aug. Sordet, Thury; Aug. Narquet, Monteloco; A. Chevénement, Nods, in Gallia - Mich. Jezieniski, Leopol - Ric. Magenta; Abr. Morchio, Genua - I. Wabner, Varsavia - Mart. Kheberich, Scopis; Car. Stegmüller, Sabaria, in Hungaria - Vict. Hoffmann, Posen - Ver. Cariolato, Vicentia - V. Laskin, Roslav, in Russia - Cels. Sironi, Cairo - Ad. Huza, Grybow - I. Rainer, S. Francisco - Herm. Gini, Taurinensis aguis - Aug. Roberge, Cibot; Am. Robert, Marieville, in Canada - Vine. Lakatos Keszthely - Alph. De Jaer, Pousset, in Belgis - Ioan. Sedlack, Praga Bohemorum - I. Lemette, Uvrier, in Helvetia - F. Sallares, Sabadello; Hild. Guepin, S. Dominico de Silos ad Burgos, in Hispania - Iul. Sernatinger, Dresda - Hect. Landi, Turrita ad Senau - T. Franchetti, Mengalore, in Indis - Ios. Crosatti, Poiana Vallispanetae in agro Veronensi - P. Garrone, Pezzana ad Pergolas.

Sortitus est praemium:

AUGUSTUS ROBERGE,
ad quem missum est opus, cui titulus:

ÉLÉMENTS D'ICONOGRAPHIE CHRÉTIENNE
par Louis Cloquet.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

XIII.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.
XXI.
XXII.
XXIII.
XXIV.
XXV.
XXVI.
XXVII.
XXVIII.
XXIX.
XXX.
mo

Iu
na
bi
ni
ha
do
op
lo
ge

fi

UBLICI PER ORBEM COEUS
 LEGIBUS FERENDIS
 Anglia Brodrich, qui res ad exterum modernis
 rogantibus obtestatus est, aet alienum quod
 s mutuati sunt, absque Anglorum concursum
 cumentum. Itidem de bellicis Russorum copiis ad
 hostiles in Angliam intentus minime
 moderatoribus suo edicto propositis dicens
 Koerber, qui administris praest, se
 lacte sese accipere dixit, atque spem magis
 prudenti consilio ad concordiam inter eis
 un sese posse tandem pervenire. Hanc vero spem
 ex Moravia, sive ex Hungaria, sive ex Germania
 optime confirmarunt, inita mutua conventione
 futurae pacis auspicium.
 Ilia rogationes de vini commercio, ut gravem
 contra dolia quae a finitimiis regimur, ad
 constituerentur, ad legatos ex oratione populi
 ui in rem potissimum incumbunt, dolie non
 disceptatio fiat.
 mania rogatio quae ab Heinge nuncius
 in artium operibus atque in theatro
 rigidus tuendis, a municipibus approbata
 Silvela, qui administris praest, cum de Mo
 crimen interrogaretur aperte declaravit
 id in praesenti imperii condicione immunit
 a qui in extrema laeva aulae parte solen
 reddere populi oratorum sessiones pos
 ab adversariis qui maiorem patem co
 possum est, ut regulae quae ceteras sessiones
 actiores fierent: res autem cum scilicet
 SCRIBA.

AENIGMATA

I.
prima iuvat largos, deterret avaros;
stiola est, in toto saepe latescens.

II.
r finem mili totum defluit acre;
candens dulceque principium.

FR. XAV. REUSS.

qui utriusque aenigmatis interpre
commentarii moderatorem misserit
ses, unus, sortitus, gratis accipiet
s:

BIBLIA SACRA
VULGATAE EDITIONIS
recognita et Clementis VIII auctoritate edita
varunt Desclée, Lefebvre et Socii.

II, n. III proposita his respondent:
s. 2. Vina — Navi.

t:
ori; Anic. Tapias; Hon. Soper; Fr. Xav.
Mediolanensis — Guif. Schenz, Ratisbona;
achio, in Bavaria — Ang. Sordet, Thury;
o; A. Chevénement, Nodi, in Gallia —
Ric. Magenta; Abr. Moretti, Genoa —
Mart. Kheberich, Seepusio; Cat. Steg
agaria — Vict. Hoffmann, Posen — Vet
Laskin, Roslavl, in Russia — Cels. Si
Grybow — I. Rainer, S. Franciscus
is — Aug. Roberge, Chico; Am. Ro
da — Vinc. Lakatos, Keszthely — Alph
— Ioan. Sedlák, Praga Bohemorum —
Istria — F. Sallares, Sabadello; Hild
Silos, ad Burgos, in Hispania — T. Fra
Landi, Turrita ad Seum — T. Fra
Ios. Crosatti, Poiano Vallipantane
one, Pezzana ad Vercellas.

us ROBERGE,
ui titulus:

GRAPHIE CHRÉTIENNE

CLOQUET.

ISTA CIAMPI, iurisperitus.

Forzani et Socii.

PER ORBEM

Ut tandem aliquando in itinere meo perpetuo
nova referam, ex operariorum desertionibus
hodie narrationem aggrediar.

Concussent hae Austrorumque terras his
diebus perturbarunt, illorum opera qui ex Pra
gensium fodinarum latebris carbonem extrahunt,
quorum concitata agmina Karvitz, Eplitz, Dantre,
Schoenau civitates pessum dederunt praeliaque
cum militibus quotidiana commisere. Latrones
haec inter in publicas velhes, quae ex Valeputua
ad Zakobrany iter faciunt, improviso congressi,
aurigam vulnerarunt, crumenam auro refertam
diripuerunt.



Nova haec et laeta, prouti videtis; ignitus
tamen Vulcani furor primas habere voluit,
sive Daniae in urbe capite Titan opificio ad
machinas exstruendas consumpto, sive Lutetiae.
Cultis enim gentibus ubique innuit theatrum
illud, comicae Gallorum artis principem locum,
latissimam passum ruinam, atque immo lectis
simam comediarum atricem Henriot summa
adhuc iuventa fuisse necatam.



Maximo infortunio hominum perniciosa vo
untas cumulari eadem in urbe visa est; heic
namque vel illic igniti globi abditi sunt, ut su
bito strepitu cives terrentur. In recensionem om
nium artium proxime ineundam machinationes
has instructas ferunt, et ad labores interurban
dos et ad arcenos peregrinantes. Nihilominus
opus immensum constanter pergit, ac quotidie in
longitudinem, in latitudinem, in altitudinem au
getur.



Excipias vero oportet Sinensem quoddam op
ificium, ubi sinenses operarii in magistrum si

nensem ob exceptas commoniones ira suc
censi, ipsum vaporario media in aula alligaverunt,
deinde instructa acie alias post alium coram
transeuntes talitroque in nasum eius a singulis
dato, turpi hac poena castigatum omnes dere
liquerunt. Puerilis desertionis ratio, longeque
ferme mitior et iucundior, quam quae nonnullis
iam annis apud excultiores populos invaluisse
percepimus!

VIATOR.

VARIA

Melleae fodinae repertae sunt nuper in
California, ubi media in convalle Arroyo-Calvo
ingens assurgit scopulus, dorsum immane terrae,
graniticus, ut aiunt, natura, at ubique sectum,
perfossum, terebratum scissuris enormibus. Apes
hasce sibi elegere sedes, et a saeculis illic opus
in suum indefessae incumbunt. Audaces venato
res rem animadventes, induit coriacei vesti
bus, et metallico rete ora tuentes, ascenderunt in
rupem magnamque vim cerea mellisque deduxere,
affirmantes se delibasse nonnullos hiatus,
non accessisse ad omnes, et profunda spelunca
rum ne animo quidem tentasse.

P. d. V.



Iocci.

Sicula festivitas.

Siculus et Neapolitanus quadam in taberna ex
symbola coenantes, ex eodem catino pastillos
rubro iuscule madentes comesuri erant Rogatus
a Siciliensi Neapolitanus mortem sui parentis,
edendi immemor, longa ambage narrabat, at,
inter narrandum, comes, gulae magis quam lo
quenti intentus, maximam pastillorum partem

improba fauce abligurierat. Sensit postremo Nea
politanus se longa narratione non bene ventri
consuluisse, utque Siculi gumiae voracitatem ul
cisceretur, eum rogavit, ut sibi, quomodo pater
eius obiisset, narraret, sperans se inter narrationem
reliquis pastillis vacuum ventrem impleturum.
Cui Siculus: — Pater meus improviso interitu
obiit — et sine ulla mora pastillos, qui super
erant, ambabus malis voravit. Neapolitanus aqui
lento ore et naso in spithamam porrecto stetit.

I. SOLA

EPISTOLARUM COMMERCIO

ANGLO. — Tu scripto Poplicola usus est quemad
modum ipse significasti. Fac vero sciat an,
ut securius nunc habeas rursus, ad universi
tatem Lyrplensem remittat.

Cl. v. ALPH. DEJ... — Pousset. — Indica, quae
Belgum aliquem tuis optatis, quae et nostra
sunt, respondendi cupidum: nos enim liben
tissimis animis accipiemus. — Commentarium
recto tramite ad te mittere nequimus, cum
recto tramite subnotationem non feceris.

Cl. v. LAUR. MAR... — Versibus eorum similes
quos amicus tuus scripsit redundat... cistel
lula. Solutae orationes sint vario praestan
tique argumento, sermone perspicuo ac per
polito, et etiam... compositis clarissimisque
literulis.

Cl. v. FR. X. AD... — Saratoviae. — Opus quod
a nobis quaesisti in promptu minime habe
mus: ubi primum coram cognoverimus, te
faciemus certiore. Scias interim nos litteras
tuas accepisse ipsarum pretio apud diribitorum
insoluto.

A SECRETIS.

Desclée, Lefebvre & Soc.

LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE

ROMAE - VIA S. Chiara, 20-21 - ROMAE

H. MARUCCHI

ELEMENTS d'Archéologie Chrétienne

II. - Guide des Catacombes.

Perpolitum vol. in-18 magno cum figuris, venit Libell. 6.

Nuperrime prodierunt

CONSTITUTIONES LEONIS XIII SUPER IUBILAEO UNIVERSALI ANNI MDCCCC

COLLECTA EDIDIT, QUIBUSDAM ADNOTATIONIBUS ADDITIS
IN COMMODUM PRAESERTIM CONFESSARIORUM

THOMAS ARIZZOLI

Missionarius Apostolicus Imperiali, S. Poenitentiariae officialis.

Ven. lib. 1

apud commentarii VOX URBIS Administratorem.

Fro sociis comm. Vox Urbis Lib. 0.50

LE LAUDI LATINE E IL CANTICO DEL SOLE DI SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur laudes latinae cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime ali subsequeuntur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

T. G. Fratrum PARISI CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM

PRAEMIIS INSIGNE

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM

Romae in Italia, in Foro Campi Martii, 6

Singulis in artium
recognitionibus publi-
ce habitis maxima re-
lata munera.



LEO PP. XIII
honores addidit

Lateranensi Archi-
basilicae, itemque Va-
ticanae, quoties de Bea-
tificatione aut de Cano-
nizatione solemne sit,
suppediat.

Praecipua Templa
cereis instruit ubique
terrarum. In Asiam,
Africam et urbem Con-
stantinopolim mittit
ingentia rerum huius-
modi pondera, pretio
francs 180 pro singulis
100 Chilogramm.

Si vero ab America
aut ab Australia petan-
tur onera (300 Chilo-
gramm. *ad minimum*),
pretium erit frances 225
pro 100 Chilogramm.

Nullo impedio iubentium
res in proximiorem a potentibus designatum portum defertur
Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur
Civis quaerenti explicatio erit uberior.

FIGURAE URBIS ROMAE ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS (m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

- PIO M. MORTARA. Sintesi delle conferenze tenute... in Venezia. - Venetiis, ex officina olim Cordella, 1897.
BASSO. L'arte di ricordare. - Tiferni edidit S. Lapi, 1900.
Gli epigrammi idillici ("Lusus pastorales") di MARC'ANTONIO FLAMINIO. Versione metrica di LUIGI GRILLI. - Tiferni edidit S. Lapi, MDCCCC.
GIUSEPPE TARNASSI. Traduzioni da Orazio - Da Virgilio? - Da Claudio - La Veglia sacra di Venere - M. Menédez y Pelayo á Orazio Flacco. - Buenos Aires edidit Santiello, mense Ianuario 1900.
P. ALESSANDRO BARONI. Panegirici e discorsi. - Romae, apud Desclée, Lefebvre et Soc.
Ufficio della Settimana Santa secondo il Rito Romano con la traduzione italiana di Monsignor MARTINI, aggiuntavvi la Benedizione degli Olii santi, la Via Crucis, ed altre preci. - Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc.
C. PECORARI. Manuale Ordinandum. - Romae, apud Desclée, Lefebvre et Soc.
Prof. VINCENZO LILLA. Saggi di sacra Eloquenza. - Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc.
ANNINA BIAGIOTTI. Volete esser felici? Siate buoni. Racconto per giovanette. - Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc.
Prof. LUIGI CHIESA. La Biomeccanica, il Neovitalismo ed il Vitalismo tradizionale. - Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc.